



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

180. An Episcopus possit cognoscere de delicto admisso à laico officiali suo? Et si aliquis iudex sæcularis vellet cognoscere delicta supradicti officialis, an possit Episcopus illum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immunit. Eccles. Resol. CLXXX &c. 183

*personarum, quamuis laicis locatis.* Ex part. 4. tr. I.  
Ref. 32.

**S. I.** Clericos cogi non possit ad hospitandum, patet ex l. i. C. de Episc. & Cler. & ibi glor-  
fa cum DD. communiter. Sed difficultas est, an hoc  
privilegium extendatur ad patres & fratres, & nepo-  
tium habitantes cum ipsis Clericis in indiuisio? Affir-  
matum habentiam sententiam docet Antonius de Marinis res-  
lut. quotid. cap. 167. num. 4.6 Clerici sunt in Sacris  
constituti; fecus autem si essent Clerici minores. Pau-  
lis vero quodammodo de priuilegiis Clericis. cap. 9. num. 4.  
cum nostro Mollescio in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 22.  
num. 166. putat hoc priuilegium laicos parentes Cle-  
ricorum cum illis conmorantes habere tantum in or-  
dine ad hospitandum, scilicet ne cogantur milites  
hospitari, ne Clericus inde sustineat incommoda; te-  
nentur tamen contribuere in pecunia.

2. Verum Riccius *part. 3. resol. 28.n.1. & 2.* Carolus de Graffis de effct. *Cleric. effct. 3.num. 122. & alij penes ipsiun docent*, immunitatem hospitandi concessam Clericis extendi ad patres, & fratres, si habebant in domo communii, quia priuilegium aliqui concessum extenditur ad eius socios, & in specie quod socius consequatur immunitatem ab oneribus concessam suo confocio, docet *glossa in l. fin. C. de munera. & Sudis latè consil. 301. num. 8.* vbi docet quod immunitas concessa Doctoribus extenditur ad eorum fratres, fratres, patres, &c. Clericorum cum ipsis in una domo commorantes, etiamque solùm soluerent pecuniam, ut voluit Mollesius & Squillante non gauderent in hoc casu priuilegio quo gaudet Clerici parentes; ergo, &c. Deinde Doctores absolute & sine villa distinctione afferuntur, priuilegium non hospitandi concessum Clericis, extendi ad eorum patres, & fratres, ergo videtur noui esse restringendum tantum ad Clericos Sacris initiatos, & non ad Clericos in minoribus constitutis, neque dicendum est teneri contribuere in pecunia.

5. Notandum est etiam hic obiter, sacram Congregationem Episc. & Regul. in una Nouariensi die 9. Iunij anno 1617, declarasse, milites hospitari facere non posse magistratus saeculares in dominibus Ecclesiasticis personarum, quamvis laicis locatis, cum per indirectum in bonorum Ecclesiasticorum praedium redundet.

RESOL. CLXXX.

*An Episcopus possit cognoscere de delicto admisso à laico Officiali suo?*

*Et si aliquis index facularis vellet cognoscere dolicta superaditti Officialis, an possit Episcopus illum excommunicationis nexu vincire?*

*Et an Carcerarij, Fiscales, Commissarij, Magistri, Notarij, lictores, &c. Episcopi, etiam si sint laici, gaudeant priuilegio fori: Ex part. 3. tract. 1. Ref. 12.*

S. I. Negatiuam sententiam docet Paponius de iure Franc. lib. 1. tit. 4. ares. 8. vbi sic asserit, Index Ecclesiasticae de delicto admisso à Commentationis suo, idest, eo qui carceribus eius propositus est, eo quod custodiam dimiserit, seu evadere fecerit aliquem, vel quod delictum circa custodiam admiserit, non potest cognoscere, sed à iudice suo laico puniendus est. Idem iudicatur et Procuratore officij iurisdictionis Ecclesiasticae, de quo si laicus sit, iudicetur Ecclesiasticus nullam habet cognitionem, et si de regatur, quæ ad ipsum officium sui Procuratoris spectat, Episcopus enim se laicorum officialium opera

vtratur cauere debet, neque enim in eos agendo ullam iurisdictionem admittere sibi potest. & ita indicatum fuisse bis in Curia Parisiensi testatur Paponius.

2. Sed haec opinio refellitur ex multis rationibus, quas adducit Riccius in *praxi iuris* vol. 1. res. 47. per iteram, ybi querit, an Episcopus possit magistrum ad ordinem laicum sua Curia punire? & affirmat respondeat; dicendum est igitur Carterarios, Fiscales, Commissarios, Magistros, Notarios, lictores, &c. etiam sint laici, gaudent privilegio fori Ecclesiastici, & eorum omnia delicta Ecclesiasticum, non autem iudicem laicum cognoscere, & punire posse, & ita etiam docet Barboia de *poteſt.* Episcoop. part. 3. allegat. 107. n. 11. & sequens, cum aliis Doctoribus communiter pones ipsum. Vnde si aliquis index secularium vel ecclesiasticorum delicta supradictorum posset Episcopus illius excommunicationis nexus vincere. Rationes horum omnium inuenies apud Barbosam & Riccius *ubi sup.*

RESOL. CLXXXI.  
An Episcopi possint excommunicare iudices latios, qui  
volunt cognoscere delicta sanctorum famularum?  
Et an Episcopi post Concilium Tridentinum possint teneri  
familiam armatam, quia quidem familias, sicut lati-  
ca, an gaudent eo privilegio, sicut ipsi Clerici gaun-  
tent. Ex part. 1. tract. 2. Ref. 98. alias 97.

**S. I.** **N**egatiuam sententiam docuit nouissimum Gabrial Pereira in tract. de manregia, p. i. c. 19. n. 13. ubi assertit, quod, licet de iure communii competenter Episcopis priuilegium pro tota familia; attamen ex iure non Concilij Tridentini se. 23. cap. 6. contrarium tenendum esse affirmat, quia Concilium ibi statuit, priuilegium clericale neminem iuuare, nisi beneficium habeat, vel Ecclesia sit affixus, vel clericalem deferens habitum in ordine ad maiores ordinis, in iuuenitatem, vel Collegio degat.

2. Sed miror, doctissimum Virum hæc cogitasse,  
& typis mandasse:nam Concilium loquuntur de Cle-  
riis; non autem de aliis, qui ex alio capite, priu-  
legio fori, & Ecclesiastico gaudere possunt; & ide  
post Concilium Tridentinum uostram ferentiam  
& meritum, docentes Doctores, quos citat, & sequitur  
Bellet, in *disq. cler.* p. 1. tit. de fauore clericorum, reali, §. 1  
n. 13. & seq. Idem etiam docens Riccius in *præs.* p. 1.  
*resol.* 473, n. 2. Marius Antoninus var. lib. 3. *resolut.* 14  
n. 1. Campanili in *diuersis sibi canon. rubr.* 12. c. 13. n. 88  
& nouissime Barbos de potest. Episc. p. 3. allegat  
107. n. 1. & seq. Madius in *tract. de sacris Ordinib.* s. 14  
n. 46. Leo in *Theb. fori Eccles.* p. 1. cap. 11. n. 19. Zerola  
in *episc.* Episc. p. 1. *z. i. z. i. Episcoporum* n. 11

in praxi Episc. p. i. verb. Episcopus, n. 11.  
3. Dicendum est igitur, etiam post Concilium Tridentinum, Episcopos posse tenere familiam armatam, quæ quidem familia, lieet laïca, gaudebit eis deinceps priuilegio fieri, sicut ipsi Clerici gaudent. Vide Narbon, in 3. part. recopil. lib. 4. sit. 1. l. 10. gloss 22. n. 4. Cened, in q. can. 4.n. 26. Gratianum decis. Marchia 233. n. 1. Martham de invis dist. p. 4. cas. 111. n. 3. 8. alios communiter. Unde apparet, sententiam Petrus ex pingnare cum omnibus recentioribus, non solum Theologis, sed etiam Iurisconsultis.

R E S O L . C L X X X I I .

*An familia laica Episcoporum gaudet privilegio fori?  
Et quid de Notariis, Fiscali, Advocatis, Scribis,&c.  
Curia Episcoporum in omnibus delictis etiam commis-  
saria extra Officium, an debeat gaudere privilegio  
fori? Ex part. 4, tract. 1, Ref. 30.*

Pro familia  
armata con-  
tentia in hoc  
§.lege doctri-  
nam Resol. -  
praeceps; &  
& ieq. §.z. a  
lin. 6. & Ref.  
1. post ieq. a  
principio v/  
que ad §.yle  
& inferius  
in tr.8 ex  
Ref.1. vers.  
Secondo. &  
late in Ref.5.  
a lin. 3. &c.

• 100